

ETYMOLOGIARVM LIB. XI. i

a duobus. Hi semen calamo ministrant, quod ab spinae medulla et renes et lumbus suscipiunt ad gratiam procreandi. Fiscus est pellis in qua testiculi sunt. Posteriora **105** vero vocata, quod retro sunt et a vultu aversa, ne dum **5** alvum purgamus inquinaremus aspectum. Meatus inde appellatus, quia per eum meant, id est egeruntur, stercora. Fe- **106** mora dicta sunt, quod ea parte a femina sexus viri discrepet. Sunt autem ab inguinibus usque ad genua. Femina autem per derivationem femorum partes sunt, quibus in equitando tergis **10** equorum adhaeremus. Vnde et proeliatores olim sub feminibus equos amisisse dicebantur. Coxae quasi coniunctae axes ; **107** ipsis enim femora moventur. Quarum concava vertebra vo- cantur, quia in eis capita femorum vertuntur. Suffragines, quia subtus franguntur, id est flectuntur, non supra, sicut in brachiis. **15** Genua sunt commissiones femorum et crurum ; et dicta genua **108** eo quod in utero sint genis opposita. Cohaerent enim ibi sibi, et cognata sunt oculis, lacrimarum indicibus et misericordiae. Nam a genis genua dicuntur. Denique complicatum gigni for- **109** marique hominem, ita ut genua sursum sint, quibus oculi **20** formantur, ut cavi ac reconditi fiant. Ennius (inc. 14) :

Atque genua comprimit arta gena.

Inde est quod homines dum ad genua se prosternunt, statim lacrimantur. Voluit enim eos natura uterum maternum re- memorare, ubi quasi in tenebris consedebant antequam venirent **25** ad lucem. Crura dicta, quia in his currimus et gressum faci- **110** mus. Sunt autem sub genibus usque ad suras. Tibiae vocatae quasi tubae. Sunt enim et longitudine et specie similes.

1 quod] quem <i>codd.</i> (<i>et Isid.</i>)	2 medullis <i>B</i>	lumbos <i>codd.</i>	
3 Viscus <i>BK</i>	4 quod] quia <i>BC</i>	5 purgamer <i>C</i>	
inquinaremur aspectu <i>K</i>	6 egrediuntur <i>C</i>	Femoralia <i>BK</i>	
7 discrepent <i>B</i>	8 igninibus <i>B¹</i>	9 testis eq. <i>B</i>	10 suffeminibus <i>T</i>
11 admisisse <i>K</i> : amisse <i>B</i>	ax. in ips. <i>T</i>	12 ipses <i>B¹</i>	quorum
<i>BCT</i>	vacantur <i>B</i>	13 quia] quod <i>B</i>	femora <i>C¹</i>
16 genisupposita <i>T</i>	18 a] e <i>T</i>	Den. et comp. <i>C</i>	vertantur <i>T</i>
sur sint <i>C¹</i>	20 ac] et <i>K</i>	21 adque <i>KMU</i> : atque atque <i>D</i> (<i>non F</i>)	19 ut <i>om.</i> <i>B</i>
— <i>sae<i>c.</i> viii)</i>	22 quod] quia <i>C</i>	conpraemit (<i>com-</i>) <i>CDKM</i> (<i>Basil. F III 15 1 fol. 6 r.</i>	
memorare <i>D</i>	24 veniret <i>C¹</i>	23 eos <i>om.</i> <i>B</i>	remorare <i>K</i> : se
		25 in <i>om.</i> <i>T</i>	27 en. long. <i>B</i>